
…SURA HIPPOCRATIS. MERCURIALIS. 1585.


CENSURA HIPPOCRATIS. MERCURIALIS. 1585.







HIERONYMI MERCVRIALIS

Censura & dispositio operum HIPPOCRATIS:

Denuo edita locupletior atque emendatior.

FRANCOFVRDI

Apud heredes Andreæ Wecheli,

MDLXXXV.

ILLVSTRI VIRO, IOANNI VINCENTIO PINELLO,

Hieronymus Mercurialis S.

Cum de incōparabili veterum auctorum doctrina & eruditione diligentius mecum cogito, in eam facile deuenio sententiam, Hippocratem vt vetustate, sic etiam sapiētia, & rerum peritia reliquis fere omnibus, quorū quidem scripta ad nostram ætatem peruenerint, longe præstitisse. id vnum semper dolui vehementer, quod commentarii, qui illius nomine circūferuntur, partim ita sunt vel mendis inquinati, vel misere mutili, atq; interpolati, vt ad eorum intelligētiam, quamuis acutus lector peruenire se posse desperet; partim etiam tam laudato scriptori falso inscripti. Quod ego cum aliquando apud te quererer, Ioannes Vincēti vir clarissime, hortari me valde cœpisti, vt quādo Hippocratis librorum a mendis, quas tum librariorum negligentia, tum interpretum inscitia eis inspersit, purgandorum onus a multis iam annis suscepissem, vtilissimam prouinciam ne recusarem volumina germana ab adulterinis & subditiciis secernendi: ita enim fore, vt ad illius doctrinam penitus cognoscendam planior via, quasi intento digito, monstraretur. Vicit, vt verum fatear, hortatio tua pudorem meum. etsi enim impeditum opus fore animaduerterem, & vndequaque difficillimum, de Hippocratis libris in tanta temporis longinquitate, in linguæ illius veteris peregrinitate iudicium sibi

sumere: post multos tamen in hoc scriptore susceptos labores, Galeno potissimum innixus, rem aggressus sum, nõ tam perficiendi fiducia, quam de priscæ medicinæ studiosis bene merendi voluntate. in quorum etiam gratiam, dum in singulos libros inquiro, hoc amplius faciendum mihi putaui, vt illorum legendorum atque edendorum ordinem aliquem non incommodum breuiter indicarem. Itaque Censuram hanc operũ Hippocratis ab hinc circiter biennium non tam emisi, quam, vt eruditorum iudicium in re noua & difficili explorarem, publice spectandam proposui, eaque de causa meum nomen suppressi, vt cuiuis liberius cum amicis, qui eam per vniuersam Europam distribuerunt, sententiã propriam communicare liceret. Verum dum complurium doctissimorum virorum, qui de hac censura, & aliis, & mihi erudite prudenterque scripserunt, sententias diligenter exquiro, multaque in ea mutare, demere, addere pergo, nunciatum interea est, prælectionibus quibusdam meis de puerorum morbis, & de venenis, quas anno superiore Poloni auditores mei publicauerunt, typographum Basiliensem, qui post Venetam & Francofurtensem editionem eas rursus imprimendas curauit, hanc Censuram addidisse. quam præproperam festinationem, ita ægre tuli, vt etiamsi nondum perfectam & perpolitam, minus tamen rudem & inchoatam, non parum certe mutatam, quasique reformatam, imprimendam rursum dare coactus sim: & quidem nomen meum apponi volui; non quod omne tulisse punctum, vt dicitur, aut magnam me laudem hinc consecuturum putem; (scio enim nõ pauca superesse, in quibus aliorum elaboret industria; immo non defuturos esse,

qui

*qui eam diuersis nominibus criminentur) sed vt, si-
qui hactenus ignotum auctorẽ monere veriti sunt,
sciant porro, cum eo sibi esse agendum, qui non modò
eruditorum admonitiones libenter auscultare solet,
verum etiam gratias ijs cunctis habiturus est im-
mortales, qui ad iuuãdum studiosorum profectum,
atque illustrandos laudatissimi scriptoris libros, ali-
quid quocumq; modo sunt collaturi. Tibi vero
potissimum clariss. Pinelle, huiusmodi Censurã re-
nouatam dicare volui, nõ solum quod pro tua sum-
ma erga me beneuolentia, acerrimoque in omni pe-
ne disciplinæ liberalis genere iudicio, meorum scri-
ptorum arbitrum esse volo; verum etiã quod huius
ipsius scriptionis auctor præcipue fuisti. accedit,
quod pro ea, quæ tibi cum eruditis pene omnibus no-
stræ ætatis intercedit, amicitia & gratia, illorum iu-
dicio examinandam ac corrigendam mittes. nam
Hippocratis nouæ & ornatæ editioni, quam paro, nõ
dubito fore plurimos, qui perficiendæ, & quantum
in re antiquissima sperari potest, illustrandæ, suam
operam nauaturi sint. qua de rè ab omnibus Hippo-
craticæ doctrinæ studiosis summam te gratiam ini-
turum esse non dubito. Vale.*

CENSVRA HIPPOCRATIS OPERVM.

HIPPOCRATEM Cöum, Heraclidę filium, ſummum philoſophum atque medicum, necnon, vt Strabo narrat, nobilitate inſignem, ac Herodoti primi fere hiſtoriarum ſcriptoris coætaneum, pauca ſcripſiſſe, aut pauca ſaltem ad nos ipſius perueniſſe ſcripta, nemo fere eſt qui ignoret. Cum enim aſſidue in medicina facienda, atque in peregrinationibus, ob artem captis, verſaretur, nec quicquam, niſi longo rerum vſu confirmatum, aut ſaltem diuturna contemplatione exploratũ, litteris cõſignare ſibi ꝓpoſuiſſet, ſatis manifeſtũ eſt, haud multa ſcribere potuiſſe. Ceterum cum poſterioribus temporibus Ægypti reges, locupletandæ bibliothecæ cupidiſſimi, quęque ad adferendos antiquorum auctorũ commentarios propoſitis eximijs præmijs inuitarent, factũ eſt, vt complures a lucri ſtudioſis libri falſo probatorum auctorũ adſcripto nomine offerrẽtur; qui deinceps vel ſurrepti, quo tempore ea biblio-

bibliotheca diſſoluta eſt, vel inde tranſcri-
pti, falſis titulis ad poſteritatem lõge lateq;
propagati ſunt. Id quod Hippocratis Coi
commentarios potiſſimum eſſe paſſos, ex-
iſtimandum eſt; tum quia ſummã ſemper
illius (cuius dictionẽ Dei voci Galenus æ-
quiparat, omnesq; idem ſenſiſſe auctor eſt
Suidas) apud omnes auctoritatem extitiſſe
certum eſt: tum quia alii fuere huiuſce no-
minis ſcriptores; & præ ceteris Hippocratis
noſtri auus, Gnoſidici filius: qui, cum & ipſi
libros reliquerint, facile fuit bonos illos re-
ges, vel ipſorum bibliothecæ curatores fal-
lere. Illud adiicere etiam hiſce poſſumus,
quod memorãt Strabo & Plutarchus Ari-
ſtotelis libris cõtigiſſe, vt diu ſepulti iacue-
rint, mox corroſi & deprauati ſint inuenti;
ſimile quid Hippocratis commẽtariis acci-
diſſe me vehementer ſuſpicari: ſiquidẽ Ga-
lenus perhibet, eos diſſipatos ab Artemido-
ro Capitone vocato, nec nõ a Dioſcoride i-
pſius cõtẽporaneo collectos; mox ſub Ha-
driano Imperatore editos, ac ꝓinde immu-
tatos eſſe; vt cũ incorrecti & deformati eſ-
ſent, occaſionẽ nõ exiguã attulerint, vel le-
gitimos abrogandi, vel ſpurios legitimis tã-
quã cõtaminatis ſubſtituẽdi. Itaq; multũ in-
tereſt, quę vere ſint ab illo Hippocr. ſcripta,

1. de vſu partium cap. 9.

Lib. xiij. Geogr.
in Sylla.

pº in 3m epid. tex. 4. & comẽ. in lib. de nat. hum. tex. 1.

a ceteris dignoſcere poſſe; quod & a Galeno & a plerisq; alijs tentatum fuit; quodq́; ſi Hippocrati contradicendi ſtudioſi factitaſſent, minime ſpuriorum ipſius librorum auctoritate (quod interdum faciunt) vſi eſſent, neque ita audacter eum damnare ſibi propoſuiſſent. Igitur pro illa, qua erga omnes Hippocratis ſtudioſos affectus ſum, voluntate, putaui non inutile me opus facturum, ſi Galeni, aliorumq́; iudicia ſecutus, germana Hippocratis commentaria a nothis, vt diſtingui debeāt, quantum in me eſt, breuibus indicarem: eo maxime quod Erotianus in ſui lexici Hippocratici procemio nimium audacter omnes vere Hippocraticos haberi, qui circumferūtur, prodidit. Neque me latet hoc opus impeditum fore; tum quia ingēs ſemper fuit auctorum circa libros Hippocratis diſcordia; tū quia (vt dicebat Soranus Cous) multæ cauſſæ iudicium offuſcant, nomenclatura, dictionis character, quē æmulari licet; ad hæc locutionis varietas; ſiquidē vnus atq;.idem ſcriptor ob ætatis varietatem, modo debilius, modo validius ſcribere ſolet. Omnes autem, qui ſub Hippocratis nomine circumferūtur, libros in quatuor claſſes partiri debere, vt ſemper iudicauerim, efficit in primis

mis explicatiſſima Galeni initio quarti de acutis auctoritas, nec nō inſignis illa eorundē varietas. quicunq; enim attente ac prudēter ipſos perlegerit, facile cognoſcet aliquos eſſe, quorū phraſis & doctrina parentem Hippocratem referunt: alios, qui nihil minus quàm Hippocraticam repręſentant farinam: alios rurſum, qui ſaltē doctrinam integrā ſapientiſſimi ſenis: alios, qui dictionem quidem eius referunt, ſeu doctrinam non exacte integrā continēt. vt prima claſſis ſit eorum, qui vere phraſin & dogmata eius continent: quorum alii certo ab ipſo editi ſunt; alios autem non ita conſtat editos eſſe. Secūda eorum, qui ab ipſo quidem ſunt conſcripti, verum editi a Theſſalo eius filio, aut a Polybo, alijsue diſcipulis. cum enim in mēbranis atque chartis (vt erat tunç ſcriptorum omniū mos) obſeruata & meditata notaſſet, quo memoria cōſeruarentur, & ſubinde fuſius in libris explicarētur, ipſo Hippocrate extincto, ij qui in mēbranis notata inuenerunt, ne perirent, ita imperfecta potius ediderūt. Tertia, eorum, qui nec editi, nec cōſcripti fuerunt ab Hippocrate; ſed vel a filijs, vel a diſcipulis, ſecundum eius dogmata & doctrinam ſunt cōfecti, aut ex Hippocraticis dogmatibus,

atq; aliis adulterinis conflati. cũ enim quotidie videamus, plerosq; discipulos & filios, præceptorum ac parentum doctrinam colere, sequi, necnõ posteris tradere, haud secus, immo multo magis contigisse Hippocrati par est; quem & viuentem omnes suspiciebant, & extinctum venerati sunt.

Quarta demũ eorum, qui ab Hippocratica eruditione alieni, & omnino spurii, sub ipsius tamen nomine publicati fuerunt. Neq; vero est, vt quæ a filiis Hippocratis scripta sunt, ea tamquã vere Hippocratica omnia recipiamus; quod & a Galeno, & ab ipso antiquioribus Aristophane & Eupolide, ii tamquam indocti, bardi, & merę pecudes, traducti sint; quod tamẽ de Thessalo, quem virum admirabilẽ vocat Galenus, minime intelligendum puto. Iam vero vt singulos in proprias classes referamus, a prima initiũ capiemus: atque ne in iudicandis germanis huiusce scriptoris operibus erremus, nonnulla præmittẽda sunt de sermone, atq; vniuerso Hippocratis scribẽdi genere; quem quidem scribit Ælianus, cũ esset Doricus, a Democrito, a quo ipsemet fatetur se complura didicisse, monitũ, Ionica lingua scripsisse, hoc est, prisca illa Attica; quã eãdem cũ Ionica fuisse docet Strabo. vt vere dixerit

Lib. quod animi mores, &c.

Lib. 4. Var. cap. 20.

Initio lib. 8.

rit Galenus, Hippocratẽ linguæ Græcæ peritum fuiſſe, ac lingua Attica priſca, ſecundum nonnullos, vſum. Illud tamen quoq; veriſſimũ eſt, aliquando eũ nomina quædã (vt erat tunc vocabulorum paupertas) ſibi effinxiſſe; interdũ obſoletiſſima vſurpaſſe, neq; ſemper proprie locutum eſſe, ſicuti ex libris Erotiani & Galeni De Hippocraticis vocib⁹ inſcriptis, vnicuiq; perſpicere licet; vbi ſcriptum eſt ex Eratoſthene, antiquos multa ſibi nomina feciſſe, Hippocratẽ autem virum fuiſſe in phraſi Homericum, in nominibus fingendis promptũ, & ad mentis demum cõceptus explicandos, nec non ex popularibus magis proprias voces eligẽdas, idoneum. Porro quod fuerit ipſi vſitatiſſimum atq; familiare ſcribẽdi genus, ſi mihi liceat proferre, & quæ de eo diligentiſſimus Galenus diſerte, ſed ſparſim adnotauit, in vnũ conferre, tres ſcribendi modos vſurpauit vetuſtiſſimus auctor, vt habetur apud Galenũ primo de fracturis, treſq; cõdiciones Hippocratica dictio & phraſis habere videtur. Sũt autem modi hi, κατ᾽ διέξοδον, διὰ κεφαλαίων, & alius quidã inter hos medius: i. *per fuſam narrationẽ*, vt eſt liber De aere, aquis, locis; De acutis, De fracturis: *per capita*, vt Aphoriſmi, & Prognoſtica: *per vtrũq;*,

Lib. 3. epid. cõ. 3. & 32.
Libr. 1. de frac. tex. 1.

ſiue medius, qualis in libro De natura humana. Ceterũ ex condicionibus prima eſt breuitas, & breuitati coniuncta obſcuritas. quo enim tẽpore pauciſſimis eloquentia in vſu erat, pauciq; ſiue ſoluta oratione (qua primum Pherecydem Syrum Pythagoræ præceptorem, & Hippocrate paullo ſeniorem Apuleius; Cadmũ autem, & Hecatæũ quoq; vſos fuiſſe, Strabo libro primo perhibet) ſiue metrica ſcribebant, quicunq; ſeſe ad ſcribendũ applicabant, ſiue philoſophi ſiue medici, communi hominũ, quos ait Ariſtoteles optare cito addiſcere, deſiderio inſeruientes, quantũ poterãt, quamlibet prolixitatem euitabant; & præſertim ij qui in continuis operũ exercitationibus, vt Hippocrates, verſabantur. vnde factum eſt vt is raro præfationibus (quẽadmodum etiam Ariſtot. in acroamaticis feciſſe inquit M. Cicero, cũ in exotericis vſum procemiis dicat) vſus ſit. quamquam nõ me latet, Galenum alias breuitatis & obſcuritatis Hippocraticæ cauſſas propoſuiſſe, vbi ſcribit eũ cõciſe, breuiter, & obſcure ſcripſiſſe; quod ea quæ euidenter apparent, abſq; vlla probatione traderet; quod primus fere indicationum aliarumq; rerum inuentor extiterit; quod ſæpe quæ neceſſario ſequuntur, omit-

2. Flor.

3. rhet. ca. 10.

4°. ad Attic. epiſt. 15.

2. de elem. cap. 4.

9. meth. 8. & 2. de victu acu.

1. prog. 26.

x. de elem. cap. 3.

2. de dieb. decre. vlt.

1. de elem. cap. 3.

omittens, ſub vno particulari vniuerſalia præcepta complectatur, ſimulque crebro euenientia relinquens, rara tantummodo enarret, atque vnius meminiſſe contentus, reliqua ſimilis naturæ deſpiciat. vt iure dixerit idem Galenus, cũ vniuerſam medendi methodum ſummis capitibus indicaſſe. Quod ſi in aliquibus, & clarus, & prolixus apparet, vt in libro de aere, aquis, locis; id propterea eſt, quia res tractata eiuſmodi orationem poſtulat. Altera condicio eſt, Hippocratis dicta tametſi cõciſa, & imperfecta, nihilominus vera eſſe; nec quidquam ab ipſo fruſtra proditũ facile inueniri; adeo vt ſyllabas, ne dum dictiones huius auctoris, aliquid ſignificare ſcribat Galenus, ſecus quam Homeri. Ob quod ſi qui facile Hippocratem damnant, vel quia imperfectus videatur, vel quia interdum ſuperuacanea dicat, prius quam reprehendãt, diligenter eius verba cõſiderare & perpẽdere debent; illud ſemper ob oculos proponentes, neminẽ ipſo poſt natos homines ſapientiorem, & medicinę peritiorem extitiſſe: qui cum ante ſe nullũ fere probatum medicum habuerit, a quo diſcere poſſet, præter vnum vel alterum, vt auum ſuum Hippocratem, & Alcmæona Crotoniaten Pytha-

3. de tuen. ſan. cap. 1.
1. de vſu partium. c. 8.
Lib. de comat. cap. 3.

gorae auditorē; quē primum inueniſſe corporū diſſectionē ab Herophilo (quē ſcribit Tertullianus ſeptingēta cadauera ſecuiſſe, vt hominē cognoſceret) poſterius auctam & excultā, tradit Chalcidius: propria tamē induſtria ac ſingulari ingenii fœcunditate tot bona adinuenit, illuſtrauit, & perfecit.

In lib. de anima.

In commen. ad Platon. Timaeum.

Tertia Hippocraticę dictionis condicio eſt grauitas; quae non modo in rebus ipſis tractatis cōſpicitur, verum etiam in ſententiis, verbis, & cōpoſitione. quod enim eruditiſſimus vir, atq; aetatis noſtrae vnicus ſplēdor, Petrus Victorius ſcribit, Hippocratē in ſuis edēdis ſententiis durā cōpoſitionem amaſſe, id quidē minime vitio huic auctori verti debet; quippe qui cū breuitatem, in Aphoriſmis praeſertim, ſibi propoſuiſſet, τὸ ἀσυνδετον, hoc eſt, non colligatū, ſed diſiunctum orationis genus, (quod neceſſario duritiem aliquā prae ſe fert) ſequi coactus eſt; vt eam potius aemulā quandam grauitatis locutionē, quàm vitioſam nuncupare liceat. Has cōditiones, vel ſaltē maiorem ipſarum partem, ſi quis in legēdis Hippocratis cōmentariis ante oculos habuerit, adulterinos a germanis, proprios ab alienis diſcernere, ſimulque in iam propoſitas claſſes ſingulos diſtribuere ei non erit difficile, praeſertim ſi per-

In comm. ad Demetrium.

pſpecta habeat ea dogmata, quę in germaniſſimis a Galeno vocatis Hippocratis libris traduntur. Nam, vt ad primã deſcendamus, ceteros omnes germanitate (ſic loquar) antecedere vidẽtur *Aphoriſmorum ſex priores libri*: de quibus ſermonẽ faciens Suidas, dicebat, eos σύνεσιν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνειν, hoc eſt, intelligentiã humanam ſuperare: nec quidquã in antiquorũ ſcriptis facile eſt inuenire, quod adeo ſit in ore omnium, atq; Aphoriſmi Hippocratis; vt etiamnum pleriq; cũ rem aliquã tanquam veriſſimam aſſerere cupiũt, Hippocratis aphoriſmis æquiparẽt. Galenus, integerrimus librorũ Hippocratis iudex, hiſce etiã alios nõnullos adiicit; nempe *Prognoſticorũ libros*; quos, qui aliquid intelligunt, neceſſe eſt nunquã admirari deſinãt: tanta eſt ipſorum pręſtantia atq; diuinitas. in ipſis enim deſcriptio ea faciei cadauerofa apud Terentium appellata habetur; quæ pene in prouerbiũ traducta, paſſim *facies Hippocratica* vocata eſt. *Commentarium De natura humana* vſq; ad ſecundam partẽ (cui etiã falſo adiectum librũ *Polybi De ſana diæta* memorat Galenus primo tex. ſecundi comment. de nat. humana) omnes in hac priore claſſe collocant: in quo vſque adeo firma de elementis, ac proinde totius philoſophię fundamẽta iacta ſunt, vt

Lib. 3. de differ. reſp. ca. 1.
In Comm. ad Timęum Plat.

Aristotelem pene totius suę philosophię semina ab Hippocrate mutuasse prædicauerit Galenus. *De aere, aquis, & locis librum*; quem verisimile est, & conscripsisse, & edidisse, postquam longa peregrinatione perfunctus, certissima experiētia insigniq; iudicio omnia didicit; quæ posteris deinde relicta non mediocrem vtilitatem esse allatura putauit. *Tres priores de victu acutorum libros*; qui vtrū ij sint, quos Varro, Strabo, Plinius, atq; alii scriptores esse ab Hippocrate ex tabellis, e templo Æsculapii sublatis confectos memorant, fortasse addubitari possit. Verum tamē eos potius ad redarguendos sui temporis medicos, qui in instituenda vitæ ratione sæpenumero cum maxima humani generis pernicie errabāt, necnon ad indicandam veram victu faciendam acutorum curationē, suapte ingenio scripsisse cēseo. quamquam absurdum minime sit etiam existimare, in summa illa scriptorū inopia potius eū ex præscriptis tabellis præcepta aliqua & experimēta, ad perficiēdam artem desumere potuisse; quę postmodum regulis quibusdam complexa in artē redegerit. Etenim cum priores medici in curandis ęgris victu, grauiter peccarent, Hippocrates tandem, exemplo acu-

torum

torũ morborũ ꝓpoſito, quid in cunctis fere obſeruandũ ſit, diſertiſſime eo in libro docuit. Quicquid autem ſit, librũ De victu acutorũ, quẽ habemus in quattuor diuiſum, Galenus inter alios a nobis in prima claſſe repoſitos apertiſſime recẽſet: ſed quartum vel ſpuriũ, vel multis mendaciis refertum, in comm. ad eum paſſim fecit: vt de tribus prioribus, præſertim vſq; ad partem de balneis, quæ eſt in calce tertii, tantũ nihil dubitet, quin antiqua & Hippocratica doctrina ſint pleni. eos enim ab aliquibus *De ptiſſana*, cuiuſmodi citat Plinius, & Cælius Aurelianus ſæpe; ab aliis *Gnidias ſentẽtias* inſcriptos fuiſſe nõ ſemel ſignificauit. præter quas tres inſcriptiones Atheneus eruditus auctor aliam fuiſſe docet, nimirum *De diæta* ſimpliciter. *Primũ & tertiũ Epidem*. quos πρὸς ἔκδοσιν ſcriptos eſſe, alios vero πρὸς ὑπόμνησιν aſſerit. *Libros pariter de articulis, fracturis, & luxationibus*, (quos ait Galenus aliquos exiſtimaſſe cõſcriptos ab Hippocr. Gnoſidici filio) in ea claſſe licet collocare, ſi, quæ pleriſq; in locis, & preſertim in eorũ a ſeſe editis cõmentariis ſcribit, aduertamus: imo vero eos forſan omnium germaniſſimos eſſe aliquis poſſet aſſerere; quod Hippocratẽ in ea parte medicinæ, quæ *chirurgica* vo-

Initio 3. de diff. reſp. & 3. Epid. cõ. 2. tex. 1.

Lib. 3. de articulis.

Lib. 1. de victu acu. tex. 18.

cata eſt, quæq; tūc ſumma in exiſtimatione habebatur, maxime omniū excelluiſſe conſtet. Huic autē affinis eſt *De vlcerib. tractatus*, a Galeno, vt Hippocraticus, non ſemel receptus, atq; cōmentariis, qui deſiderātur, illuſtratus. cōplura enim medicorum antiquorū dogmata ad vlcerū tractationē ſpectantia hinc capta eſſe, omnes intelligere poſſunt. Sed ſiquis liber in prima claſſe, poſt illos editos ab ipſomet Hippocrate, locū habere debet, profecto eſt inſcriptus *De capitis vulneribus*; quē Galenus ob ſtilum & doctrinā genuinū, quinimo germaniſſimū Hippocratis facit. neq; tantū ipſe pleriſq; in locis eius teſtimonio vtitur, verumetiā Celſus atq; Erotianus non pauca inde mutuati videntur. vt nō male videātur cenſuiſſe nōnulli, qui hūc librum coronidē librorū De fracturis vocarūt; etſi Galen⁹ quarto de articulis aſſerat illi quædā adulterina eſſe adiūcta. Suidas, vbi Hippocratis ſcripta recēſet, quattuor eorum ordines facit. in primo, Iuſiurandū ponit: in ſecundo, Prognoſtica; in tertio, Aphoriſmos: de quarto loquens, hunc in modū ſcribit: τετάρτην τάξιν ἐχέτω ἡ πολυθρύλλητος καὶ πολυθαύμαστος ἑξηκοντάβιβλος, ἡ πᾶσαν ἰατρικὴν ἐπιστήμην καὶ σοφίαν ἐμπεριέχουσα. qui autē fuerint ii ſexaginta libri Hippocratis vſq; adeo celebrati

6. meth. c. 6. & 2. in 3. epid. tex. 1.

brati & admirabiles, omnẽ medicinæ ſciẽtiã, omnẽq; ſapientiã cõtinentes, hactenus intelligere nõ potui, cũ a nullo alio probato auctore id proditũ habeamus. Illud poſſet fortaſſe quiſpiam ſuſpicari, tempeſtate noſtra, atq; etiã Galeni, huiuſmodi libros fuiſſe deſideratos, non autẽ vetuſtioribus temporibus. atqui vnde licuit Suidæ eos cõmemorare, niſi ab aliquo ſcriptore nominatos legerit? præterea æquũ eſſet fragmenta ſaltem aliqua ipſorũ citata reperiri, vt contingit de pleriſq; aliis libris extinctis. quod cũ nequaquam cõperiatur, meras nugas propoſuiſſe Suidã, ſemper ſuſpicatus ſum. Itaq; libri ad primã claſſem ſpectãtes, tot erunt.

Sequitur ſecũda, eorũ ſcilicet, qui etſi ab Hippocrate ſcripti fuerint, ab eo tamẽ neq; editi ſunt, neq; ex toto integri ſeu perpoliti habẽtur. nã quod pleriſq; accidere ſolet, vt in cõponẽdis cõmentariis manu & ingenio currant, ac impolito rudiq; quodã ſtilo & ordine prima ſcripta deſignẽt, vt deinceps recognoſcantur, melioraq; maturiori iudicio reddãtur, id eo magis eueniſſe Hippoc. putandũ eſt, quòd ipſi in artis operib. continenter occupato, otiũ minime ſuppeteret, quale exacte ſcribendi ratio expoſtulat. Hinc vero factũ eſſe veriſimile eſt, vt morte

præuẽtus minime potuerit extremam manũ iis omnibus, quæ adnotauerat, imponere; sed post eius mortem pleraq; in chartis & tabellis inuenta, a filio, & discipulis, in lucẽ edita sint. Huiusmodi autem sunt in primis *liber secundus, quartus, & sextus Epidemiorum*: de quibus loquens Galenus scribit; quemadmodũ primus & tertius nõ solum ab Hippocrate compositi esse videntur iis, qui optime de his sentiunt ac iudicãt, sed etiam ob speculationis familiaritatẽ mutuo inter se connexi; sic in confesso esse, secundum, & sextũ a Thessalo eius filio & secundum aliquos etiã quartum, fuisse compositos; vt qui in parẽtis tabulis, aut chartis, siue pellibus & membranis quibusdam, commentarios repererit, ipseq; etiam aliqua, & ea non pauca, de suo addiderit. nam omnibus exacte huiuscemodi scripta examinãtibus facile apparet, Aphorismorum & Prognosticorum cõplura (vt propterea idem Galenus dixerit, Epidemicos libros ante Prognostica & Aphorismos esse cõscriptos) ex adnotatis in Epidemiorũ aduersariis ab Hippocrate collecta esse. Quod porro subiũgit Galenus: quartum Epidemiorum minime inter hos esse reponendum, id quidẽ summa ratione dicit; cum absurdis multis,

Li. 3. de diff. resp. c. 1.

2. de diebus decretoriis.

tis,& Hippocratica maieſtate indignis plenus ſit. Sed hoc in loco nõnullæ ſeſe offerunt cõſiderationes;quandoquidem Galenus in cenſendis Epidemiorũ Hippocratis cõmentariis aduerſus ſibi ipſi interdum videtur. nã in initio libri tertii de differ. reſp. ſolum primũ & tertiũ Epidemiorũ germanos facit:quod etiã cõfirmauit in principio iij.in pri. Prorrhet. & ſexti Epid. vbi ſcribit, omnes in eo conſentire, vt Hippocr. duos eos,qui ederẽtur,cõpoſuerit. Atqui in fine cap.iiij. lib.ij.De diebus decretoriis,ſcribit, ſecũdum,quartũ & ſextum Epid. vel Hippocratis vel eius filii Theſſali eſſe;quẽ fuiſſe virum clariſſimum, & multa cõmentariis Hippocratis, vtpote cuius ſententiã exacte ſit æmulatus,addidiſſe,in initio ij.& iij.Epidem.teſtatus eſt.Initio etiã ſexti Epidemiorum,vbi diligentẽ cenſuram horum librorũ proponit, quartum librũ aliis locutione ſimilẽ facit;licet contẽplatione inferiorem. Niſi dicere placeat,huiuſcemodi in Galeni ſcriptis diuerſitatẽ aut nullã,aut admodum exiguã eſſe;ſi eius verba accurate expẽdantur;cũ ipſius ſentẽtia firma hæc ſit,primum & tertiũ legitimos eſſe,quintũ & ſeptimum vere ſpurios:alios autẽ partim ab ipſo Hippocr.eſſe cõſcriptos,partim a Theſſalo eius

filio immutatos & auctos. Quod si, præter primũ & tertiũ, alios quosdam Hippocrati tribuẽdos quãdoq; dubitat, id facit, nõ quia ab ipso eos editos velit, sed quod doctrina ipsorũ vere Hippocratica sit. Quare mirari soleo, cur Celsus & pleriq; alii scribãt, Hippocratẽ suos errores interdũ esse ingenue cõfessum: quod id ex vno Epidemiorũ quinto colligatur: quẽ tamẽ oẽs ab Hippocratis officina minime exiisse opinãtur. *Librũ De septimestri partu* vt in secũda classe collocãdum esse putẽ, facit in primis Galeni auctoritas, qui nõ modo cõplura dogmata & sententias ex eo accepit, verũ etiam cõmentaria in illũ scribere deliberauit: quorũ fragmentũ (si tamen legitimũ est) adhuc extat. *Ex libro quoq; De locis in homine* cũ citẽtur multa a Celso, Cælio Aurel. atq; ab ipso Galeno, eũ si non vere germanũ, saltẽ Hippocratis doctrina refertũ, antiquitus esse iudicatũ facile colligitur. quinimmo Ruffus Ephesius li. ij. De partib. hominis, c. 1. Hippocratẽ vere illius auctorẽ facere videtur; eũ appellãs diuinissimũ auctorem. *Librũ De flatib.* inter Hippocraticos vidẽtur recensuisse Celsus, (qui in proœmio suæ medicinæ, Hippocratẽ omnia vitia corporis spiritui tribuisse scribit) Erotian⁹, Stobę⁹, Alex. Aphrodisiẽsis, &

Greg.

Greg. Nazãzenus. immo vero ipſemet Galenus ſæpe eius auctoritate vſus videtur; & prçſertim, cũ definitionẽ illã medicinç, qua dicitur ipſam eſſe adiectionẽ, & detractionẽ, vt Hippocraticã celebrat; quæ tamẽ nõ alibi, quã hoc in libro reperitur. Neq; ſatis mirari poſſum Valeriolam, qui in principio ſuarũ enarrationũ medicinaliũ, ab huius libri diſcuſſione facto, ibi agit, tanq̃ ab omnibus vt vere germanus ſit acceptus; cũ id nemo, quẽ ego ſciã, aperte dixerit; nec perinde ſit, librũ Hippocratis doctrinã aliquã, aut ẽt multã continere, atq; ipſum ab eodẽ Hipp. factũ & editũ eſſe, ita vt pro vere germano habẽdus ſit. etſi. n. in ipſo cõplura eſſe queãt ab aliis interiecta, nec ſapiẽtia Hippocratica digna (quod & pleriſq; aliis ipſius germanis cõmentariis contigiſſe certũ eſt) ob hoc tamen nõ ita prorſus Hippocratis nomine priuari debet, quin iure aliquo in hac ſecũda claſſe reponi queat. Hunc autẽ librũ forſan illi ſectæ medicorũ, qui ſpiritui omniũ cauſam tribuebãt, ac ꝓpterea Pneumatici (vt paſſim teſtatur Gal.) vocabãtur, dediſſe nõ eſt a ratione alienũ; quorũ etiã opinionis meminiſſe videtur Ariſt. 2. Meteor. in tract. de terrç motu, vbi tremoris, pulſus, diſtẽtionis, cõuulſionis generationẽ flatib. tribuit.

Eundem locũ consignandum *libro De alimento* cẽseo; quẽ licet nonnulli auctori tribuant Philistioni, vel Pherecydi; ea tamen est in ipso sentẽtiarũ copia, sermonis breuitas, verborum grauitas, dogmatum consonantia, simulq; dictionis obscuritas, vt vere Hippocrate dignus a plerisq; omnib. sit iudicatus, ac propterea Galenus quatuor cõmentariorũ libris eũ illustrare voluerit: quę mutila, & magna ex parte deturpata vix conseruata sunt. Agellius quoq;, non ignobilis scriptor, lib. iij. cap. xv. ex hoc libro perillustrem locũ citat, vnde olim mutila Hippocratis verba restituere nobis licuit. & sicuti fictitiã esse eam puto censurã huic libro appositã, in qua Galenus Hippocrati ipsum nõ adscribere iudicatur, cũ præter cõmentaria, nõ raro celeberrimas Hippocratis ex hoc ipso tantum captas sententias citet; ita quoq; Fracanziano & Cardano minime assentiri possum, dũ in cõmentariis ad hũc librum, inter germanissimos, atq; in priore classe collocandũ esse, probare nitũtur. qui enim fieri potuisset, vt dum eos recenseret, hũc quoq; nõ apposuisset Galenus? præterquã quod de germanissimis aliis a nemine dubitatũ reperitur, de hoc autẽ (vt prædixi) dubitatũ est ab aliquibus. Similis pene fa-

rinæ

rinæ eſt ille etiã, qui *De oſſibus, & Mochlicum* inſcriptus eſt; quẽ Galenus primo Prorrh. iiij. inter receptiſſimos, quaſiq; Aphoriſmis & breuitate & doctrina ſimiles ſtatuit. & ſane in hoc cõplura ſunt vere Hippocratica a Galeno exiſtimata; veluti eſt dogma illud de renũ attractione. inſunt quoq; & aliqua de venis tradita; quę cum ab Ariſtotele Polybo adſcribantur, nullo pacto ſpuria ſunt habenda; eo maxime, quod vox τόνοι, quam in linguis Hippocrati propriã facit, hoc in libro vſurpata inuenitur. *De humoribus inſcriptus liber* inter hos pariter a me collocatur, non ſolum quod Stobæus Galeni teſtimonio illũ Hippocraticum faciat, nec non phraſis & doctrina antiqua ſit, & Hippocratis ſchola haud indigna, verũ etiã quod Gal. ij. in tertium Epid. tex. 1. eos non parui æſtimaſſe videatur; ita vt cum propoſuiſſet germaniſſimos ac vtiliſſimos Hippocratis libros interpretari, in ipſum tres cõmentariorũ a ſe nõ raro citatos ediderit libros; qui vtrũ ii ſint, qui nunc circũferuntur, ſemper dubitaui; cum Galenus loco nuper citato, librũ de humorib⁹ ſe διὰ ταχέων, vel potius, vt puto corrigendũ, διὰ βραχέων, ἡμέραις ὀλίγαις, id eſt, celeriter, paucis diebus, eſſe interpretatũ dicat. vt veriſimile ſit, eiuſmodi

iij. de hiſt. animal. cap. 3.

Ser. 90.

commentarios fuisse breuiores, quam sint vulgati isti. præterquam quod crebra illa librorum aliorũ citatio minime Galeni officinã referat, sed alicuius potius, qui vt alios falleret, esse accommodatum existimauit, si locos alios Galeni frequẽter citaret, quasiq; centones quosdam construeret. *Liber De officina medici*, cũ a Galeno eruditissimis commẽtariis fuerit illustratus, ac sæpe & ab ipso & ab Erotiano citetur, quin ex Hippocratis bibliotheca prodierit, minime dubitandum est; etsi ab ipso viuente minime editus sit, sed tantum post eius obitum; si Galenus vera scripsit comm.iii.eius libri tex.xxvii. stylus enim maiorẽ Hippocratica claritatẽ præ se fert. vt ob hoc forsan Galenus vbi editos ab Hippocrate memorat, huius nõ meminerit. qui si in comment. ad eũ librũ hac de re nihil dixisse videtur, idem quoq; facit in plerisq; aliis comm. vt in libris De victu acut. quos cõpertũ est minime ab Hippocrate fuisse editos. veruntamẽ lumina Hippocraticę doctrinæ nõ exigua, neq; pauca in sese gerit; immo non defuerunt (vt Galenus perhibet) qui quod hic liber totius medicinæ prooemiũ habet, ante omnes alios Hippocratis commẽtarios collocari & legi debere putarint.

in princ. lib. de officina medic.

Nunc

Nunc autē ad tertiā classem trāseo; in qua plures, q̄ in vlla alia reponere cogor, tum ꝙ (vt ante dicebā) tēpore Ptolemęi a lucri studiosis, filii & discipulorū Hippocr. libri, eius nomine notabātur; tū maxime ꝙ iis, quę ab Hippoc. vere scripta erant, multa interserta fuere, quo pro maiorib. voluminib⁹ maiora quoq; dona acciperēt. Vnde neq; huiusce classis libri prorsus negligēdi sunt; siquidē, etsi germanis spuria intermista sint, lectori tamē diligēti bona a malis discernere licet; pręterq̄ quod scripta aut notata & digesta a Thessalo filio, vel Polybo discipulo, tanquā Hippocratica amplecti oportet; ꝙ, vt memorię mādauit Galen⁹, pręceptoris decreta vel tantillū non immutarint; etsi alioqui, vt antea dixi, parēti admodum dissimiles filii fuerint. Itaq; *Prorrhetica, & Coacę præsagia* hic libēter colloco; quæ tametsi Galen⁹ minime Hippocratis esse, multisque erroribus scatere statuat: attamen & commentariis Prorrhetica illustrauit, (quod sane faciendum non erat, si ex toto ea pro spuriis habuisset) & in loco Epidem. citato scribit, eorum librorum scriptores pleraque vera ab Aphorismis, Prognosticis & Epidemicis mutuasse, ac in eos retulisse; vt prorsus minime negligi debeāt; præsertim cū ipsemet Galen⁹ haud abnuat sese vsurū auctoritate

In 1. comm. ad librū de nat. hum.

In comm. ad prorrhet. necnon 1. in iij. epid. 29.

in initio tertii de differ. resp.

corum quoq; librorũ,qui non vere Hippo-
cratis,sed aliorũ sunt. Cælius pariter Aure-
lianus,siue Soranus,interdũ sententiã Pror
rheticorum citat;quasi eius auctoris sint et-
iam tũ putati libri. Atqui hæc omnia com-
mentaria multo meliora esse, nec nõ diui-
niore modo scripta, quam putauerit Gale-
nus,quod Iacotius vir doctissimus in præ-
fatione ad Coacas prędictiones aperte pro-
fitetur,mihi sane placere nõ potest; quãdo-
quidem nec sermonis proprietas, nec do-
gmatũ puritas,nec rerum veritas eiusmodi
sunt,vt ex media Hippocratis officina ma-
nasse quis iure existimare queat.Immo ve-
ro dubitauerunt nõnulli,vtrũ autor Coaca-
rum vetustior, an recẽtior Hippocrate,vel
eius æqualis fuerit.Galenus certe posterio-
rem facit;qui omnia pene eius libri ex Hip-
pocratis scriptis conflata esse docet. In li-
bris quatuor male(inquit Galenus)*De mor-
bis* inscriptis, & a Cornelio Celso, nec non
Cælio Aureliano sub Hippocratis nomine
sæpe citatis, cõplura inueniuntur, quæ do-
ctrinã solidam & veterẽ redolent;non pau-
ca simul reperias,quę diligenter examinãti
nec vera, nec magno aliquo ingenio digna
videntur;vt iure Dioscorides(quẽadmodũ
vj.Epidem.Com. 1. tex. xxix. perhibet Ga-
lenus)

iij.de artic. xiix.
In linguis.

lenus) Hippocrati Thessali filio; & ipse Galenus atq; alii potius Polybo discipulo, quã Hippocrati Coo, tribuendos esse existimauerint; præsertim vero quartũ, qui sane antiqua philosophia, & medicina, plurimum scatet; quamquã scribat priorem ex iis minime De morbis inscribi debere. Fuit vero Polybus non solũ verus Hippocratis discipulus, verum etiã ipsius doctrinæ disertissimus assertor, & ni fallor, suo tẽpore magni nominis medicus: siquidẽ Aristoteles, qui nunquam Hippocratem, a quo plura bona accepit, nisi semel, atq; ieiune admodum, in Politicis citare dignatus est, non modo Polybi (vt est in codice Vaticano manuscripto; nõ Polybii) mentionẽ facit, verũ ipsius pura verba (quod facere non solet) adducit; quę cum in postrema parte libri De natura humana inueniãtur, eaq; nõ germana Hippocratis Galen⁹ iudicet, fit vt pleraq; Polybi commentaria in tertia hac classe locãda putẽ. quod etiã iudicaui semper *de libro sanæ diætæ*; quẽ pauca vitiosa cõtinere Galen⁹ in comm. docuit, quemq; idẽ tradit minime Hippocratis esse, sed vel Euryphontis, vel Phaontis, vel Philistionis, vel Aristonis, vel demũ alterius cuiuspiã ex antiqs: prædictos enim antiquos fuisse: & eorum nonnullos

lib. iij. de histor. animal. cap. 3.

In comm. ad primum de victu acut. tex. 18.

antiquiores Hippocrate Coo Heraclidæ filio, nonnullos ipsi coætaneos constat. Addubitat Galenus *liber* περὶ πάθῶν, seu *De affectionibus*, Hippocratisne, an Polybi sit; cũque nihil decernat, sed eius auctoritate tamquam graui ad cõfirmandã propriam sentẽtiã vtatur, minime spurius ex toto putãdus est; eo maxime, quod ij. acut. tex. xxxviij. scribit, in eo multa esse bene scripta, licet Hippocratica nõ sint. Eiusdẽ pene farinæ & ille videtur, qui περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, seu *De internis affectionibus* inscriptus legitur: qui, si Galeni iudicium sequamur, pro eo habẽdus est, quem veteres inscribebant *Maiorem de morbis*, & *De empyis* nonnulli. verum cum ipsemet in exposi. sing. primum & secundum libri de affectionibus Maioris citet, atq; hũc in duos minime diuisum comperiamus, fit vt nõ parum hæreã: quemadmodum etiã vehementer dubito, vtrum liber περὶ παθῶν idem sit cum eo, qui inscriptus est, *Minor de morbis*; quod & eius ibidẽ a Galeno primus & secũdus citetur, nec vlla alterius diuisio hodie inueniatur. Quicquid tamẽ sit, vtrũq; inter eos reponere mihi placet, qui ab Hippocrate quidem nec editi, nec perfecti sunt, sed veterẽ eruditionẽ sapiunt, ac forsan ab ipsius sequacibus in lucem

6. Aphoris. xxvij. & iij. de artic. 18.

lucem missi,& aucti, & aliquãtisper mutati fuerunt. *Librum De genitura*,atq; *De natura pueri*,eiusdẽ auctoris,immo vero hunc illius partem esse iudicabit facile,quicunq; attente vtrumq; legerit. In iis vero cum citetur *liber De morbis muliebribus*, ab eodem omnes,atq; simul *De natura muliebri cõmentarium*,fuisse cõscriptos credi potest. citantur enim a Galeno &Erotiano sub nomine Hippocratis. verũtamen fabulosa aliqua, vt de lacte,fuerunt interserta,& Polybi potius phrasim referũt; quã Ionismis ad imitationẽ præceptoris conspersisse,satis constat. Clemens Alexandrinus nõ ignobilis auctor Stromatũ ,citat sub auctore Polybo *librum De octimestribus partubus*: vnde colligere licet,eius auctoris esse: attamẽ Hippocratica multa habere,&ob id in tertia classe locum mereri;etsi a Galeno nuspiã citatus reperiatur. Scribit Gal.lib.De fœtus formatione, vnũ Hippocratẽ vere ea de re primum esse cõmentatũ.sed vtrũ prędictos libros intellexerit,semper addubitaui; q̃ tractatio fœtus formationis in ipsis nõ vsq; adeo pfecta inueniatur. Librũ περὶ σαρκῶν,i. *De carnibus*, male inscribi,potiusq; περὶ ἀρχῶν,hoc est *De principiis*,vocari debere, vt eruditiss. Zuingerus forsan primus omniũ aduertit, haud

Lib.vj.

difficile eſt illi intelligere, qui & ſeriem verborũ in initio poſitorũ, & res ipſas in eo tractatas expendere non oſcitanter voluerit. hunc quãdoq; citaſſe videtur Galenus. habet tamẽ non pauca de partiũ & membrorum corporis generatione nimium a veritate remota, potius occultam quandam & ænigmaticam philoſophiã referentia. *Librum De ſalubri diæta*, & *libros tres De diæta*, vt ſcribit Galenus, alii Hippocratis, alii Philiſtionis; aut Ariſtonis, aut Euryphontis, aut Philetæ, auctorũ omnium antiquorũ, eſſe exiſtimarunt: ſed quidquid ſit, illud quod ibidẽ cenſet Galenus, pro cõperto habere oportet, primũ ex iis libris prorſus indignũ eſſe Hippocrate. totus enim ænigmaticus eſt, obſcurus, & locutionibus ab Hippocratica alienis refertus. attamẽ ſunt etiã aliqua ſolidæ & antiquæ eruditionis lumina; vt in hoc tertio ordinẽ locũ habere queat. Secũdus, vbi de cibis copioſe tractatur, minime indignus Hippocrate a Gal. iudicatus eſt. Ex tertio quoq; nõnulla videtur accepiſſe Cornelius Celſus Hippocraticæ diſciplinæ ſtudioſiſſimus. Galenus 1. in 6. Epidem. tex. 6. videtur copulare librum De diæta libro De natura humana: quo conſilio, nondum perſpectum eſt mihi. In codicibus Græcis ante

In cap. iij. lib. an animal ſit id quod in vtero.

1. de facul. alim. cap. 1. & 1. de vict. acut. 18.

ante librũ *De ſacro morbo*, cenſura quædam appoſita legitur, qua ſcriptor teſtatur, eum librum minime Hippocratis germanũ eſſe; quippe qui nec modũ illius interpretationis, neq; intelligẽtiæ exactam rationem referat; attamen egregii alicuius auctoris eſſe. Vbi vero id dixerit Galenus, non conſtat mihi. primo quidem comment. ad Progn. tex. quarto, & 6. in ſextum Epid. tex. 7. citat librum quendam De ſacro morbo; ſed cuiuſnam auctoris eũ faciat, minime expreſſe patet: quanquam colligi poſſit, pro germano non habuiſſe. nonnulli ſunt, qui exiſtimant Philotimũ fuiſſe auctorẽ, quod in vetuſtis codicibus ſub eius nomine inſcriptis legatur. Cælius Aurelianus eum tanquam Hippocratis germanũ citat. Sed vtcũq; ſit, doctrina illius libri minime deſpiciẽda eſt, neque ex toto ab Hippocratica aliena; etſi nonnulla contineat neq; vera, neq; magno aliquo ingenio digna. Iulius Cæſar Scaliger, ſummi ingenii, raræq; eruditionis vir, in præclariſſimis, quos ad lib. Hippocratis *De inſomniis* edidit commentariis, minime, vtrum is liber ſit germanus, diſputandum duxit, ſed tãquam verũ ſuppoſuit Ego vero cum certo ex verbis principii videã, ab eodem auctore & libros tres De diæta, & li-

lib. 1. de chr. pa. cap. 4.

brũ De inſomniis fuiſſe cõſcriptos,(vt non inſulſe Caluus ita eos cõnexuerit, vt hic e-orũ pars quædã videatur) ſicuti priores minime Hippocratis eſſe iam cõſtitui, ita quoque de hoc idẽ facere iudiciũ cogor; quem nunquam citaſſe Galenus inuenitur, & in quo grauitas ſapiẽtiſſimi ſenis minime conſpicitur. fuit tamẽ ab aliquo pio & religioſo viro, Hippocratiſq; ſequace cõſcriptus, nec a veterib omnino neglectus; ſiquidẽ & Galenus & poſteriores hunc ſcriptorẽ imitati, eandẽq; fere viã incedẽtes, de inſomniis ſimiles ſententias & dogmata protulerunt. Librũ *De vſu liquidorũ* inſcriptũ Galen⁹ citaſſe reperitur v. Aphoriſm. 16. & li. vj. Epid. ſect. iij. tex. xiv. cũq; is aliqua ex Hippocratis auctoritate citet, quæ ex nullo alio libro, q̃ ex hoc deſumpta videntur, fit vt exiſtimem inter vere ſpurios minime reiiciendũ eſſe; & eo quidẽ magis, quod ſententiarũ fracta illa continuitas, quam interdum affectauit Hippocrates, nec non grauitatis aliqua ſpecies in ipſo animaduertitur. neque tamen, quod a Galeno citetur, propterea ſtatim vt germanus eſt recipiẽdus: quoniam, vt aliàs docui, ſeſe etiam nothos Hippocratis libros citaturũ eſt profeſſus. In calce libri quarti De morbis, in li. De genitura, & De natura

pueri,

pueri, in Epiſtolis, libri *De morbis muliebrib.* citati habētur. in quibus etiam cum citatus inueniatur cōmentarius *De natura muliebri*, fit vt omnes ab eodem auctore conſcripti fuiſſe videantur. vnde ad Polybū, aut alium Hippocratis ſequacem referendi veniunt: eamq; ob cauſam cum iis in eadē claſſe locari debēt. nam etſi diſpar aliquo pacto doctrinæ atq; tractationis ſit modus, nō adeo tamen eſt, quin inter Hippocraticos quodam modo recenſeri queant. atq; in hanc eo magis adducor ſententiam, quoniā non modo in Gloſſis, verūetiam iiij. lib. Aphor. ij. & v. aphor. 36. & 45. Gal. citat. Libri *De ſterilibus*, quantum ipſe obſeruaui, ter meminit Galenus in linguarū interpretatione: bis vero mentionē fecit libri *De hæmorrhoidibus*. vt hinc colligā ab eo inter Hippocraticos fuiſſe vtroſq; aliquo modo receptos. imo vero ſi verba in initio tractatus De ſterilibus poſita, vel ſemel conſiderētur, vnuſquiſq; facile intelliget, eū ad lib. de muliebrib. morbis ſpectare, vel potius eorum poſtremā partē eſſe; quod pariter dicere licet de lib. *Virgineorum*; qui cū citetur initio libri De morbis mulierū, eiuſdē auctoris videri poteſt. Atq; *De ſuperfœtatione tract.* cū plura de fœtatiōe quoq; cōtineat, περὶ κυήσεως

καὶ ἐπικυήσεως inſcribẽdus erit: & licet ipſius auctor ignoretur, nec citatus facile reperiatur, nõnulla tamen Hippocraticis dogmatibus cõſentanea habet; propter quæ in hac claſſe videtur poſſe collocari. Tractatum *De hæmorrhoidibus atque fiſtulis* vnũ & eundẽ eſſe, iure quis aſſerere poteſt, quod Galenus ſic eos citet, quaſi coniũcti ſint. nam & Celſum, & Paulum, grauiſſimos ſcriptores, libri De fiſtulis Hippocratis teſtimonium ſæpe adducere inuenias: qui licet imperfectus & vix inchoatus ſit, chirurgia tamen antiqua eum plenum eſſe ſatis apparet. vt quod de vno, idẽ & de altero conſtituendũ ſit; nẽpe in hac tertia claſſe collocari oportere. cui etiã placet adiicere, *De iudicationib. & decretoriis diebus libellos*: in quorũ priore multa ſunt, quæ in aliis germanis Hippocratis habentur. vt ſæpe iudicauerim ex Aphoriſmis & Prognoſticis conflatũ fuiſſe. in altero autẽ quædã nõ inſulſe de decretoriis dieb. interſerta ſunt; plura vero de quibuſdã aliis morbis ad ſcopũ quidẽ non pertinẽtia, haud prorſus tamen contẽnenda. Locũ in tertia claſſe tradẽdum eſſe puto *quarto libro De acutis*: quod, etſi multa falſa ſint interſerta, non pauca tamen bona continet. ob quę Galenus minime recuſauit eum, vt alios,

commentariis illuſtrare: vt ob id etiam minime ſeparandum a prioribus cenſeam.

Quarta atq; poſtrema ſuccedit, quæ vere ſpurios, hoc eſt dictione, ſentẽtiis, & doctrina ab Hippocrate penitus alienos, continet; inter quos recenſet Galenus *quintum & ſeptimum Epidemiorũ.* quo fit, vt ſępenumero ſim miratus, fuiſſe etiã inter veteres aliquos, quib. quinti teſtimonio vti placuerit: quẽ cum auctor libri *De inſania*, vna cũ lib. *De ſacro morbo*, tanquã ſuum citet, fit vt exiſtimẽ vtroſq;, & ſimul tractatũ *De ellebori vſu*, ab eodẽ cõſcriptos, omneſq; ſpurios eſſe: tametſi in libro De ſacro morbo nonnulla antiquæ & Hippocraticæ doctrinæ lumina conſpiciantur; quæ effecerunt vt in tertia claſſe repoſuerim. Idẽ iudiciũ ferre oportet *de parte libri De natura humana, vbi de venis agitur*; quæ quoniã multa abſurda continet, nec ſtylo Ionico ſcripta eſt, a Gal. inter vere ſpurios reiecta fuit: &, vt dixi aliàs, pura eſt Polybi doctrina forſan adulterata, cui eã tribuit Ariſt. vel contẽporaneus, vel non multo poſterior ipſo. *Iuſiurãdum*, cui primũ locũ inter Hippoc. libros aſcribit Suidas, quonã in loco ſit collocandũ, ſemper equidẽ dubitaui. certe iudicii pluſculũ ea de re in Suida deſidero: quod cum neq;

1. in 3. epid. tex. 1. & 3. de diff. reſp.

2. comm. de nat. human. 3. de hiſt. animal.

a Galeno, neq; ab alio quopiam vetere probato ſcriptore citetur, rationi conſentaneũ ſit, virũ vſq; adeo grauem nunq̃ ſimile iuramentũ edidiſſe. fieri quidẽ poteſt, vt forſan ſuis diſcipulis eiuſmodi pręceptiones & iuramenta propoſuerit, quæ poſtmodũ ab aliis ſint diuulgata: ſed inter germanos libros neq; illud iuſiurandum, neq; pręceptiones inſcriptas, vnq̃ recenſuero. Libros pariter *De arte* ab auctore libri Defin. medicarum non parũ cõmendatos, & *De arte vetere* ab Erotiano interdũ, & ab eodem Finitionum medic. ſub Gal. nomine vulgatarũ, auctore citatos inuenio. ceterũ cũ abſurda plurima in iis cõtineãtur, ac pręſertim in lib. De arte vetere multũ primis qualitatib. detrahatur, quas ſcimus nõ modo Hippocratẽ maximi feciſſe, verum ẽt quidq̃d boni de iis ſcripſit Ariſt. (vt cõmemorat Gal.) ab eo accepiſſe, inter vere ſpurios colloco; quanq̃ doctrinę antiquæ veſtigia nõnulla habeãt, ac quandoq; Galen⁹ aliqua ex iis accepiſſe videatur. vt fortaſſe nõ male cenſuerint, qui libri *De vetere medicina* auctorẽ fecerũt Dexippum Coum Hippoc. diſcipulũ, cuius non ſemel meminit Gal. Ex libro *De lege* inſcripto videtur Plin. ſententiã illã mutuatus, qua ſcribit, ſoli medico licere hominẽ interimere:

videtur ĕt aliqua accepisse Celsus: sed neq; ab ipsis, neq; a quopiā alio, vt Hippocratic9 is liber citatur; nisi q, in tractatu, in quo Galen9 optimū medicū debere esse optimum philosophū demonstrat, aliqua ex lege mutuatus videtur; vt est illud, q, medicū vrbes & regiones varias obābulare oporteat. Iā vero tractat9 *De ornatu medici*, ac *De medico*, qui Dioscoridi ab aliquib. tribuitur, stylus ita ab Hippocratico diuersus & incultus est, totq; ridiculis rebus, & nugis conspersus, vt qui eum non aperte spurium putat, prorsus nihil videre iudicādus sit. Libri *De exsectione fœtus*, *De corde*, *De dētitione*, *De visu*, eiusdem farinæ sunt, ac inter spurios omnino collocari postulant; non solum quod nemo ipsorū testimonio vtatur, verum etiā quia absurda nō pauca, & ab Hippocratica grauitate atq; doctrina longe aliena habeant. Citatur quidem a Galeno in libro De sem. & quinto Aphorismorum xlviij. & in libro De Anatomic. administrationibus, Hippocratis *Anatomicorum liber* nescio quis; at lōge diuersus, qui circumfertur *De corporum resectione*. Ex libro tamen De corde videtur Galenus aliqua mutuasse, & in libros De placitis Hippocratis ac Platonis retulisse. Qui *De glandulis* inscriptus est liber,

lib. 20. cap. 1.

In 1.de artic. tex.46.

eum Galenus minime Hippocratis germanum esse, sed ab aliquo iuniore sub illius nomine inscriptum atq; editum monstrat, cum tã locutionibus, quam sententiis longe superetur a germanis illius libris, neq; ab vllo veterum medicorum, vel eorum qui indicem scripserunt, mentio vlla ipsius fiat: ob quod iure huic classi debetur: quæ, tametsi omnibus aliis ignobilior sit, prorsus tamen eam negligẽdam esse, minime consulo. Galenus librum Hippocrat. *De septimanis* citat, quasi in ipso de animæ substãtia clare disseruerit; sed eum spurium esse profitetur; neq;, quod sciam, is ad manus nostras peruenit. certe in fine libri De carnibus seu principiis, auctor ille de septenario numero complura scribit, atq; etiam sese alibi diligentius tractaturum pollicetur; verumtamen de animæ substãtia nullum ibi verbum legitur; quẽadmodum nec in exiguo illo fragmento, quod Fabius Caluus sub nomine libri De septimanis publicauit. Atq; hic est vniuersus illorum Hippocratis operum catalogus, quæ vno volumine collecta, in suasq; classes a nobis redacta, omniũ manibus quotidie teruntur. Citantur a Galeno complura alia, vt in libro De septimanis & dissectione, vulneribus exitia-

5. in vj. epide. tex v.

exitialibus, De diutinis pulmonis affectib⁹, De venis & arteriis. sed neq; ad manus nostras peruenerunt; neq; compertum est, vtrũ quos Galenus vidit, ii germani fuerint. Extra ꝓposita volumina quę feruntur Hippocrati attributa, aut meræ nugæ, aut fragmenta sunt operũ non extantium. *Epistolis* tamẽ assignandus aliquis restat locus; de quibus sane diu hæsitaui; quod cum ab auctore libri De morbo sacro, & De morbis muliebribus citentur, in eadẽ cum illis classe videntur reponẽdę. verum cum nec philosophiæ nec medicinæ partes sint, separatim statuẽdas esse iudico; ita tamẽ vt ab ipso forsan scriptæ, nunquam vero editæ, vel vt ederẽtur, factę habeantur: immo cur neq; ab eo scriptas vnquam fuisse, sicuti nec eas quæ tribuũtur vel Democrito vel aliis, sed potius ex rei historia ab aliis confictas quispiam credere queat, in primis facere posset Galenus, aliiq; scriptores posteriores; qui cum nuspiã earum mentionẽ vllam fecerint, ac tamẽ in ipsis plerũq; res dogmaticæ tractentur, vt ob hoc æquum fuerit illarum quandoq; meminisse, haudquaquã putandum est ab ipsis eas pro legitimis esse habitas. huiusmodi vero argumentum non parũ valere ex eo sciri potest, quod ætate ipso-

rum & bibliothecæ amplissimæ, & optimorũ auctorũ libri cõseruati magis quam posterioribus sæculis erant. accedit quod Galenus tãta diligẽtia in Hippocratis commentariis conquirẽdis vsus est, vt minime consentaneũ sit huiusmodi tractationes ipsum effugere potuisse; cum profiteatur sese spuriorũ quoque Hippocratis librorum testimonio quãdoq; vsurũ. Nec me ab hac sentẽtia dehortatur, q̀ auctor lib. De sacro morbo, & De morbis muliebr. epistolas a se scriptas citet: siquidẽ iã illũ a veris Hippocraticis segregauimꝰ; nec a ratione abhorret eundẽ scriptorẽ has aut alias epistolas confecisse. Adde in epistolis, præsertim vero in ea vbi colloquium Hippocratis cum Democrito describitur, tot reperiri ab Hippocratica grauitate aliena, sicut & in plerisq; aliis, vt virum sanctissimum, & in loquendo ac scribendo prudentissimum, rationi consentaneum videatur, eũ in modũ aut non scripsisse, aut si scripsit, familiariter, vt fieri cõsueuit, & absq; vlla matura cogitatione, quam exigunt monumẽta victura, conscripsisse. Sunt tamen in aliquibus earum, sicuti in scripta ad Crateuã, cõplura, quę medicos iuxta ac philosophos iuuare & delectare queant. Hæc quidem vera atq; incul-

in fine I. cap. tertii de diff. resp.

pata

pata ratio diſcernendi & cenſendi Hippocraticas lucubrationes mihi viſa eſt. Quoniam vero aliqua ſunt ſpuria ita coniuncta legitimis, vt minime ſeparari poſſe videantur; maxime quod Galeni commentariis ſint illuſtrata, & veluti copulata, vt Aphoriſmorum, Epidemiorũ, & De victu acutorum libri: ſatius & accommodatius duximus ita coniunctos publicare, quam diuidere & in ſuas ac proprias claſſes referre: eo vno contenti, vt & adminiculo huiuſmodi cẽſuræ ab vnoquoq; veritas cognoſcatur, & ſingulis, qui ſpurii cum ſint, legitimis interſeruntur, qua poſſint dignoſci, nota aliqua apponatur.

DE ORDINE LIBRORVM HIPPOCRATIS.

ETsi libri Hippocratis nomine editi, siue germani, siue spurii, non ita sint scripti, vt vel rei naturæ, vel tractationis modo, vel temporis ratione certum aliquem ordinem requirãt; quia tamen in iis edendis necesse est aliqui antecedant, alii subsequãtur, optime consultum iri existimandum est, si non temere, sed ea ratione disponantur, vt aliqua saltem ipsius naturæ cõsequentia eluceat, ac propterea facilius a lectoribus intellectu & memoria cõplectãtur. Quoniam vero in classes diuisi omnes a nobis sunt, neq; in iis disponendis vlla vel tractationis, vel rei tractãdæ ratio habita fuit, sed dumtaxat commentariorum dignitas, seu potius germanitas, & germanitati proximitas spectatæ fuerunt, eundem in vnaquaq; classe dirigẽda ordinem seruare æquũ fuit. Quod quia non temere, sed aliquo scopo proposito factũ est, eius breuem quendam typum seu significationem trademus. Quicunq; enim in Hippocratis commentationibus euoluendis versari faciliter atq; vtiliter cupiunt, primũ scire eos decet, inter opera tam germana quã spuria sub Hippocratis nomine publicata, alia esse ad theori-

cam, alia vero ad praxim pertinẽtia; (nam ſic etiam antiquitus fuiſſe diuiſam medicinã, diſerte docuit Plutarchus in eo ſermone, quem de Homeri laudibus conſcripſit) quorum theorica vocata, practicis, quaſi vniuerſalia particularibus, præponi debere, omnis medicorũ atq; philoſophorũ ſchola docet. Vtraq; vero cũ multas habeant partes, neq; omnes ab Hippocrate (quę tunc erant naſcentis medicinę crepundia) admodum tractatę inueniantur, eum ordinẽ placuit ſeruare, vt quæ initiandis, ſi in vlla ſunt claſſe, accõmodantur, primo loco ponantur; mox quæ rerũ naturę principia & cauſſas continent, tum morborũ & ſignorũ tractationes; poſtremo ea, quæ ſiue victus ratione, ſiue medicamentorum vſu, ſiue manuũ operatione, curationẽ docẽt. Neq; vero me latet Erotianum in iis ordinandis ſeu potius diſtinguendis alia via inceſſiſſe, dum volumina omnia ſub Hippocratis nomine vulgata, in ſignificatiua, naturalia ſeu cauſſatiua, curatiua, & ad artis pręceptiones ſpectantia, diuiſit; ſed is nullam germanorũ ab aliis ſeparandi rationẽ habuit; quod forſan primũ ſibi proponere debebat. Prædictam autem totius Hippocraticę commentationis ſeriem luculenter ſequẽs ordo indicat.

Prima Classis.

Liber de natura humana.
Liber de aere, aquis, & locis.
Prognostica. Aphorismi.
Primus & tertius Epidemiorum.
Tres priores de acutis, usq; ad tractationem de balneis.
Liber de articulis, luxationibus, & fracturis.
Liber de officina medici.
De vlceribus. De vulneribus capitis.

Secunda Classis.

Liber de locis in homine.
Liber de flatibus.
Liber de humoribus.
De ossibus, siue Mochlicum.
Liber de septimestri & octimestri partu.
Liber de alimento.
Secundus, quartus, & sextus Epidemiorum.

Tertia Classis.

Liber de carnibus, seu de principijs.
De genitura. De natura pueri.
Liber de affectionibus.
Liber de affectionibus internis.
Liber de morbis.
De natura muliebri.
De morbis muliebribus.
De sterilibus.
De fœtatione & superfœtatione.

De

De virginum morbis.
De sacro morbo.
De hæmorrhoidibus & fistulis.
De sana diæta.
Libri tres de diæta.
De vsu liquidorum. De iudicationibus.
Prorrheticorum libri tres priores.
Coaca præsagia. De insomnijs.
Quartus de victu acutorum.

Quarta Classis.

Iusiurandum. Præceptiones.
De lege. De arte.
De arte vetere. De medico.
De ornatu medici.
Postrema pars libri de natura humana.
De exsectione fœtus.
De resectione corporum.
De glandulis. De corde.
De dentitione. De insania.
De ellebori vsu.
Quintus & septimus Epidemiorum.
Epistolæ.